

Salbke, 1233, October 15.

88.

Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg vereignen dem Kloster Berge das Dorf Billingsdorf für 400 Mark und machen demselben eine Schenkung von drei Höfen in Eggersdorf.

In nomine sanete et individue trinitatis. Ioannes et Otto divina clementia favente Brandeburgenses marchiones. Non inutili providentia credimus extitisse statutum, ut in legitimis contractibus trahendis ad notitiam futurorum mortalium memoria scripturarum testimonio iuvaretur, ne suscitarentur abolite questiones et morbum paterentur sopite controversie recidivum. Ideoque notum esse volumus tam presentis temporis Christi fidelibus quam futuris, quod nos recepimus a domino Bertramo abbate et conventu sancti Ioannis in monte Magdeburgensi quadringentas marcas argenti purissimi, pro quibus hereditatem et proprietatem nostram in villa Billingestorp, totam videlicet ipsam villam cum triginta quinque mansis eiusdem ac dimidio, cum advocatia et hominibus ad eadem bona pertinentibus et eiusdem ville ac bonorum ac hominum iuribus universis, quatuor ministerialibus nostris Conrado Bertramo Ade Heilberto duntaxat exceptis. Quod feodum, quod tenebant a nobis ibidem, ab eodem monasterio a modo recognoscent, in presentia Bederici comitis de Dorinbure, illius terre comitis, et scabinorum comitatus eiusdem mutuo consensu tradidimus, possessionem vacuum omnium predictorum cedentes abbati ac monasterio memorato. Ad hec donavimus eidem monasterio et abbati tres areas in villa Ekkehardestorp iure perpetuo possidendas. Vt ergo venditionis et donationis iam dicte contractus eidem monasterio perpetuis temporibus maneat inconvulsus, presentem paginam super hoc conscribi precepimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes huius rei sunt: illustres viri consanguinei nostri Henricus comes Ascharie, Henricus et Bernardus filii ipsius, Willebrandus maioris ecclesie Magdeburgensis prepositus, Theodericus de Dobin; nobiles vero: Theodericus de Treban, comes Conradus de Regensten, Albertus de Arnsten; scabini eiusdem comitie: Hinricus scultetus, Conradus de Cothene, Bernardus de Ekkehardestorp, Hinricus Leo, Hinricus de Byger, Burchardus et Hartwicus fratres de Wallesleve,¹ Heidenricus preco, Eico de Repchowe; fideles nostri: Henricus et filii ipsius de Stendale, Iohannes et Henricus, Gozwinus de Boicenebure, Albericus de Kerchowe, Herwicus de Wellen, Willekinus de Turnowe, Bertrammus de Swaneberge, Burchardus de Irekesleve, Engilhardus de Huethorp, Engelboldus et Ioannes filius ipsius de Slevemiz, Luidigerus et Theodericus et Hinricus de Wendigge (!), Iohannes de Haldegestorp.

Acta sunt hec in Salbeke iuxta pontem anno incarnationis domini MCCXXXIII, indictione sexta, Idus Octobris, regnante imperatore Friderico.

Abschrift im Privilegienbuche S. 79—81 mit der Ueberschrift: Billingestorp emptā est a marchionibus, in capsā G. IX. Fehlerhaft gedruckt: Bruns krit. Beitr. I, 119—122; Riedel Cod. dipl. Brand. II, 1,14.

1) Statt Wellesleve.